

ARISTOTELIS ETHICORVM. ADEVDIEMVM CIPRIVM FAMI
LIAREM SVVM LIBER PRIMVS INCIPIT FELICITER

Quidam in delo oraculi sententiam emittens sup uestibu
lum templi Apollinei diuinitim ita conscripsit. Non omnia
eidem inesse et bonum et honestum et iocundū. fecit q̄ id
honestissimum esse. q̄ iustissimū esset. optimum uero
Beneualere. iocundissimum omnium potiri eo q̄ quisq̄
amaret. Nos autem illi sententia nequaquā assentim. Fel
citas enim et honestissimum atq̄ optimum omnium et
iocundissimum est. Nam cum multe sint speculationes
que circa res singulas et circa unāquāq̄ naturam
uersentur dubitationem habent. atq̄ consideratione in
digent. Eorū enim alii ad cognitionem solum. Nā nō
circa questus actusq̄ negotiorū contendunt. De iis igit̄
que speculationem duntaxat philosophiam continent pro
contingenti oportunitate differendum est. qm̄ id uis ac rōi
doctrinē finitimum erat. Verum primo considerandum est
in quo bene uiuere consistat. et quonā modo acquiratur.
Vtrum suapte natura efficiantur omnes felices quicunq̄
hanc appellationem sortiti sunt. ceu magni ac parui et
secundum colores differentes. An disciplina quasi sit scien
tia quedam felicitatis. an aliqua exercitatione contin
gat. Quippe multa s̄ que nec per naturam nec per
disciplinam sed per usum insunt hominibz. Turpia q̄dē
iis qui turpiter. Proba uero iis qui probe assueti sunt. An
quemadmodum sunt quidam homines qui nympharū
aut deorū numine alicuiusue diuinitatis inspiratione
replentur. aut p̄ fortunam. Vulgus enim felicitatem
et bonam fortunam idem esse dicit. Quod igr̄ p̄ hec omnia
uel p̄ quedam uel per aliq̄d illoz felicitas hominibz insit
non obcurum est. omnes namq̄ gnationes fere in hec